

τὸ προνόμιον τῆς Βενετικῆς ὑπηκοότητος, εἰς ἐκείνους οἵτινες ἤθελον ἔλθῃ νὰ κατοικήσωσιν ἐν μιᾷ τῶν πόλεων Χάνδακος, Χανίων, Ρεθύμνου καὶ Σητείας πρὸς ὄφελος τῶν μερῶν τούτων, μὴ συμπεριλαμβανομένων τῶν Ἰουδαίων. Οἱ οὕτω γενόμενοι ὑπήκοοι Βενετοὶ μετὰ τῶν οἰκογενειῶν τῶν ἐγκαθιστάμενοι αὐτόθι θὰ ὑποβάλλωνται εἰς τὰ βάρη καὶ τὰς ἀγαραίαις πραγματικὰς καὶ προσωπικὰς, ὡς οἱ ἄλλοι Βενετοί, οἵτινες κατέκουν ἐκεῖ, ὑποσχόμενοι εἰλικρινῇ καὶ ἀκραιφνῇ πίστιν δι' ὅρκου, ἀνανεουμένου ὑπὸ τῶν ρεκτόρων ἀνὰ διετίαν. Οὗτοι θέλουσιν ἀπολαμβάνει πασῶν τῶν ἐλευθεριῶν, προνομίων καὶ εὐεργετημάτων, ὅσων ἀπολαύουσιν οἱ πολῖται. Ἐὰν δὲ ἐντὸς δεκαετίας ἤθελον ἀπομακρυνθῇ μεταβαίνοντες νὰ κατοικήσωσιν ἀλλαχοῦ, ἀπόλλυσι τὸ προνόμιον τῆς ὑπηκοότητος, οὐχὶ δὲ μετὰ δεκαετίαν. 1353, Ἰουνίου 21.

F^o 117^r Millesimo trecentesimo LIII, die XXI Junij.

1

Capta. Quod pro bono et augmento insule nostre Crete et ut possit reduci ac populari ad honorem et bonum nostrum ordinetur, quod dominus consiliarij et capitaneus uel maior pars in Venetijs, seu ducha et consiliarij Crete presentes et futuri in terra nostra Candide habeant libertatem per maiorem partem eorum, rector Canee presens et futuri in loco suo, rector Rethimi presens et futuri in loco suo et rector Sithie presens et futuri in loco suo, recipiendi et faciendi Venetos et ciues nostros omnes illos qui nunc habitant uel uenirent in posterum habitatum intra ciuitatem Candide seu burgos, et intra Caneam seu burgum, et intra castrum Rethimi et Sithie et burgos dictarum terrarum nostrarum, illos uidelicet, qui sibi uel maiori parti uideretur pro honore nostri dominij et bono dictorum nostrorum locorum, non intelligendo in hoc Judeos. Qui sic facti Veneti si cum suis familijs habitauerint ibi subeuntes onera et factiones reales et personales sicut facient alij nostri Veneti qui ibi erunt et jurantes nobis ueram et puram fidelitatem, quam rectores deinde singulis duobus annis faciant renouare, gaudeant omnibus libertatibus priuilegijs et beneficijs intra et extra quibus gaudent alij ciues nostri, ita tamen quod si recederent infra decennium et irent cum suis familijs habitatum alio sint extra citadinanciam, set si a decennio supra ibi habitauerint quandocumque recedant sint nichilominus ciues nostri. Et ista libertas duche et consiliariorum et rectorum predictorum duret per x annos proxime futuros, in fine quorum poterit prouideri utum amplius elongari debeat siue non, set duret nichilominus donec fuerit reuocatum.

5

10

15

20

22

22

Θέσπισμα πραγματευόμενον τὸν θάνατον τοῦ εὐγενοῦς Ἰωάννου Δελφίνου, ὡς πρὸς τὰς ἀνακρίσεις καὶ ἄλλας ἐνεργείας, προσκλήσεως μαρτύρων οἷας δῆποτε κοινωνικῆς τάξεως. 1353, Νοεμβρίου 21.

F^o 125^{to} Millesimo trecentesimo LIII, die XXI Nouembris.

1

Si uidetur uobis per ea que dicta et lecta sunt quod omnes proclamationes et absoluciones facte tam per ser Petrum Gradonico ducham Crete quam per ser



- Johannem Benedicto consiliarium eius et ser Johannem Baffo camerarium Crete
 5 super facto mortis ser Johannis Delphino debeant cassari et anichillari cum
 omnibus suis exemplis et sequutis et dependentibus ex eis exceptis omnibus
 attestationibus et scripturis productis et acceptis, seu que produci uel accipi pos-
 sent uel uellent in fauorem communis et dictis et deffensionibus depositis in
 10 scriptis per suprascriptos inculpato dum erant carcerati et dictis testium produ-
 ctorum per predictos qui remaneant in statu et condictione quibus essent, si
 dicte proclamationes facte fuissent cum ordine. Et si aliqui testes forent dati in
 notis per aliquos uel aliquem predictorum qui nec fuissent accepti, debeant accipi
 si uidebitur duche Crete et eius consiliarijs uel maiori parti eorum intelligendo
 quod dicta testium accepta, uidelicet qui forent principales aut propinqui uel
 15 serui, siue sclauu uel famuli, siue uillani principalium, aut alij qui de jure non
 deberent admitti sit nullus uigor ualoris uel roboris. Et quod committatur duche
 Crete et eius consiliarijs, quod in factis predictis procedant et faciant, sicut eis
 18 uel maiori eorum parti uidebitur esse iustum seruatis que superius dicta sunt.

23

Ἀνακοινούται ἡ ἀπόφασις περὶ ἀκυρώσεως τῆς ἀποφάσεως ὑπὲρ Νικολάου Σαργέδου καὶ τῆς κοινό-
 τητος ὑπὸ τοῦ συμβουλίου τῶν 40, ἐπὶ τῆς ὑποθέσεως τῶν ἀριθμῶν 1, 16, 19. 1353, Δεκεμβρίου 6.

F^o 125^{to} Millesimo trecentesimo LIII, die VI Decembris.

- Capta. Cum quedam sententia executionis olim lata per ser Donatum Grioni
 tunc consiliarium Crete et camerarium qui tunc erant, in fauorem communis et
 ser Nicolaum Sacreto qui tenet casale Schalaui ad afflictum a communi contra
 5 ser Marcum Gradonico et ser Michaellem Cornario de Candida, fuerit per con-
 silium de XL reuocata, reuertentibus partibus in statu primo. Et iustum sit et
 conueniens ut dictum factum expedite cognoscatur pro jure communis et specia-
 lium personarum; uadit pars quod scribatur efficaciter duche et consiliarijs Crete
 quod quam cicius esse potest examinando jura communis et specialium persona-
 10 rum debeant in dicto facto cognoscere et terminare quod cognouerint esse justum,
 dando expeditionem negotio, ita quod rationes communis discernantur a ratio-
 12 nibus specialium personarum, rescribendo nobis quicquid fecerint superinde.

24

Ὁ κάτοικος Χανίων καὶ τιμαριοῦχος Μάρκος Βενιέρης τοῦ ποτὲ εὐγενοῦς Βαρθολομαίου ἀνέφερε τὰ
 ἑξῆς :

Ὅτε τὰ Κύθηρα ἐκυριαρχοῦντο ὑπὸ εὐγενοῦς Ἑλλήνος ἐπιζήσαντος τῶν τριῶν εἰς τοὺς ὁποίους ὁ
 Αὐτοκράτωρ εἶχε παραχωρήσει τὴν νῆσον, συνέπεσε τυχαίως νὰ μεταβῇ εἰς τὴν νῆσον ὁ Βαρθο-
 λομαῖος Βενιέρης πατὴρ του, ὁ ὁποῖος συνδεθεὶς μετὰ τοῦ κυριάρχου τῆς νήσου, προῆλθεν εἰς

